

ff
91

109

Sanctissime Pater

Pauperculus Felix De Castrobeza, qui iam Vestrae Sanctitati die vigesima sexta Martij in Sabbato sancto hoc eodem anno scripsi, iterum scribo Vestrae Sanctitati, prius osculatus sanctissimos ipsius Vestrae Sanctit. pedes.

Quoniam certus sum Sanctissime Pater de vris occultis impiorum hominum Societatis nominis Iesu, ut iam in predicta epistola Vest. Sanctitati insinuaui; et nunc magis per negotiantiam suam occultam, pacificamque persecutionem ad omnia vitia me incitant; et occasione Confessarij Regij qui de ipsorum Societate est, et spei obtinendi bonam inquisitionalem, ferocis carcerem in Inquisitione mihi minuantur, et in blasphemias infidelitatemque me compulsum sua necromantica potestate confident; et inde occasionem, vel etiam de alijs rebus, ad praedictam incarcerationem accepturos et quassituros, ut contra Antonium de Non olim e Societate dimissum fecisse gloriantur, habentes potestatem supra omnes actus imperatos, phantasias, sensus, et membrorum, in quo tota summa ipsorum potentia consistit; Territus ego ex hoc, quod Inquisitionis honorem sibi arripere volunt prius consiliaturam vnam, ut inde gradum faciant ad summam Inquisitionis Praesidentiam, moventes sua magia Reges ad hoc honores, nihil verentes aliorum damna, ut ipsi rerum summa tradatur; Etiam tremenda Domini Maiestate qui conscientiam omnium videt Vest. Sanctitati humillime propono, hunc Inquisitionalem honorem his hominibus solum deservire, ut intra Societatem multo plures etiam ex inventute hac Inquisitionali potentia territi pacifica et interitina persecutioni succumbant, et extra Societatem pauperes qui iam olim succum

D. Th. 1. 2. q. 6. art. 4. corp.
et art. 5. ad 1.

D. Th. ibid.

Pacifici persecutores
& Beat. Hildeg.

AVSA



.s. odium

si quis me complicem facere velit in crimine aliquo, statim scio ipsum in tali crimine esse: statim ergo scio ipsos in tali crimine esse absolventi sine intentione, quia ipsi incitabant ut tali horrore in partem subiacerem.

Jhauler. Penezab. in Concion.
pag. 815. ibi Quosio moralis
etia

succumbere noluerunt, hac impiorum potentia Inquisitionali nona attoniti clamare desistant, nec delationes suas circa idem ad sanctum tribunal afferant, quod intendunt Societatis impij, sicut et delationes antiquas intra tribunal suffocare. Non ego ex metu veritatem cessabo dicere, sicut nec cessavi deferens ad Supremam inter alia, et confidentiam ipsorum, positam in Illustri Rege, odium que eorum contra Supremam Hispaniam Inquisitionem, quod vires acquirit ex illa potentia. Magna ipsorum, et hac potentia crescit ex peccatis populi. Excellentissimus Dominus Inquisitor iam Matritiensi eius fuit, cras fortassis expelletur vel ipsa Inquisitio ad manus impiorum veniet (sicut iam olim verum quod peris est quam si omnino tollatur. Sancti Patres, et amantissime sponsi Vicarij, cum cordis lacrimis Vestram Sanctitatem rogo, ut ponat in Penitentia mente hanc parvuli cogitationem, quam iam per

20:
Ex Philippo. 2. Hispania Rege hoc usque tempore non semel sed pluries, diversa persona, diversis temporibus, coram Principibus Ecclesiasticis (ut in calamo, sed adamantina voce, hoc, licet iam pluries a me repetitum, clamare possem) hanc calamitatem tulerunt, et eosdem honores detulerunt, et in men ipsi Societatis impij, qui diversis temporibus diversis delatoribus, in Confessione fideles sine intentione absolvere, sole clarius et accerantur et per Penitentiam habent ubi verbo tenus absolventur, privilegia habent pro illis qui ipsorum templa visitant cum ipsis confitentur, et ipsorum Eucharistiam et item eorum artibus comprimuntur et infamantur illi qui hac horrenda crimina divulgare in populo ex charitate tenentur, cum Beata Hildegarde tot antea annos mundum pramonere studuerit abs dubio magnam Dei iram, et iam olim in partem divina iusticie plagas! Ne nunc denique


AVSA



Probium. tom. 14. Annal.
ann. 1311. et 1312.

Inquisitionem occupare volunt, nisi a Sancta eade
Sede impediatur, quae ipis impijs annis praeteritis
multa beneficia fecit quae potuerunt fieri sine pec-
cato, ut Episcopus Mimatensis clamabat in Con-
cilio Viennensi in causa Templariorum. Hoc ego
pauperculus et misera homo in nomine tremendi-
sime Dei Vestra Sanctit. insinuare volui. quem
Deus prosperet et seruet incolumem in electorum
bonum. Matriti. die trigesima Augusti anno
millesimo septingentesimo primo.

Vestra Sanctitatis sacros pedes oscu-
lor
Ihu
Pauperculus Felix de Carrobera



[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]

No segue da doutrina - Oadora Hsa Ulos -

